


Cvičení na číslovky


Místo obdélníků a svislých čárek doplňte správnou číslovku ve správném tvaru

CAPITVLVM VNDECIMVM

CAP. XI



CORPVS HVMANVM



1 Corpus hūmānum membra habet: brachia et crūra. Bracchium membrum est et crūs membrum est. In bracchiō est manus, in crūre pēs. manūs et pedēs in corpore hūmānō sunt.

5 In corpore caput est, nōn capita. In capite sunt oculī et aurēs, nāsus et ōs. Super caput capillus est. Capillus virōrum nōn tam longus est quam fēminārum. Suprā oculōs frōns est. Infrā oculōs genae sunt. Post frontem est cerebrum. Quī cerebrum parvum habet stultus est. Ōs est inter labra. In ōre lingua et dentēs insunt. Dentēs sunt albī ut margarītae. Lingua et labra rubra sunt ut rosae.

Hominēs oculīs vident et auribus audiunt. Homō quī oculōs bonōs habet bene videt, quī oculōs malōs habet male videt. Quī aurēs bonās habet bene audit, quī aurēs malās habet male audit. Syra male audit, ea enim aurēs malās habet.

hūmānus -a -um < homō
corpus -oris n, pl -ora
-orum
crūs crūris n, pl crūra
-rum
ūna manus, duae manūs

caput -itis n, pl capita
-itum
ōs ōris n, pl ōra -um
super prp + acc ↔ sub

frōns -ontis f
infrā prp + acc ↔ suprā

stultus -a -um

ruber -bra -brum

bene ↔ male

Přřad'te datum a historickou událost

- | | |
|---|--|
| 1. Anno septingentesimo quinquagesimo tertio ante Christum natum | a) Caesar interficitur. |
| 2. Anno ducentesimo secundo ante Christum natum | b) bellum magnum finitur |
| 3. Anno centesimo octogesimo sexto ante Christum natum | c) dux Romanus nomine Varus a Germanis vincitur et exercitus eius occiditur. |
| 4. Anno quadragesimo quarto ante Christum natum | d) exercitus Bohemorum in Monte Albo vincitur. |
| 5. Anno nono post Christum natum | e) Hannibal in Africa vincitur. |
| 6. Anno sexagesimo quarto post Christum natum | f) Pompei delentur. |
| 7. Anno undeoctogesimo post Christum natum | g) Roma conditur. |
| 8. Anno centesimo sexto post Christum natum | h) Roma incendio magno vastatur. |
| 9. Anno millesimo sescentesimo vicesimo post Christum natum | i) senatus Bacchanalia prohibet. |
| 10. Anno millesimo nongentesimo quadragesimo quinto post Christum natum | j) Traianus Dacos superat. |

Číslovku přepište slovy, slova v závorce dejte do správného tvaru

1. In ea urbe 10 000 _____ (*incola, ae, m.*) _____ vivebant.
2. 2 _____ dominis servire non potes.
3. Homines in manu 5 _____ (*digitus, i, m.*) _____ habent.
4. Quis 1. _____ in ludis erat?
5. Fabula narrat 100 _____ turres in Praga esse.
6. 7. _____ die mare videbimus.
7. Illud animal 8 _____ pedes habet.
8. Apud auctores antiquos de animali cum 1 _____ cornu legebamus.
9. Rex anno 6. _____ regni sui moritur.
10. 3 _____ faciunt collegium.
11. Testis 1 _____, testis nullus.
12. 1000 _____ (*equus*) _____ celeriter currere videbamus.